



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre
scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans**

Petrus <Comestor>

Argentine, 1503

VD16 P 1829

Epilogus cu[m] additionibus [et] determinationibus ca. ij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30892

Deuteronomii

iosue, quia quod moyses verbo tradidit: iosue redegit in scripto. Videt etiam Hieronymus velle quod magna iosue huius libri scripserit partem. Verius videtur esse quod scriptus sit a moyses, et loquitur moyses de se tanquam de alto. Vel hoc in principio apposuit esdras: sic et in fine de morte moysi, presertim cum circa finem libri legatur. Scripsit moyses legem hanc et paulo post. Postquam scripsit moyses legem hanc in volumine: precepit leuitis, tollite librum istum et ponite in latere arce federis. Legit quoque longo tempore post inuentus in hierusalibus deuteronomius in arca.

Epilogus cum additionibus et determinationibus.

Capitulum II.

Madragesimo

quod anno ab exitu filiorum israel de egypto pro xij. mense, prima die mensis, videtur

des moyses diem mortis sibi imminere: locutus est ad omnes filios israel, et cepit legem exponere, congregans eos secundum iosephum ad iordanem in loco ubi nunc ciuitas abidal est locis palmarum. Sane recapitulatione moyses si persequentes que supra dicta sunt omittentur: superaddita dicemus, quedam que videntur contraria memorabimus determinando. Ita quoque in recapitulando ait moyses. Dixi vobis illo tempore. Non leo solus negociare

Supra i erod. cap. xviii. Egressus est autem leo solus negociare

tra sustinere, date et vobis viros sapientes: et ponam eos tribunos centuriones quinquagenarios et decanos. Hoc videtur contrarium predictis. Supra enim consilio ietro dixit hoc factum esse, vtrumque vero factum fuit. Primo enim ad consilium ioceri faciendum serceto disposuit, postea auctoritate et assensu populi compleuit. Quod etiam dicit hic moyses. Dixisti mihi Vitam viros qui considerent terram. Supra vero legit dixisse dominum. Vitte viros non est contrarium: quod ad suggestionem populi consuluit dominum: qui dixit. Vitte. Ad pusillanimitatem quoque eorum confortandam: iteravit moyses de victoria og regis basan. qui restiterat de stirpe gigantum, et in argumentum magnitudinis eius monstratur lectus ferreus ipius in rabath filiorum amon noue cubitos. hinc longitudinis: et quattuor latitudinis.

De ciuitatibus refugii trans iordanem.

Capitulum III.

Parauit moyses

tres ciuitates refugii trans iordanem bosor in tribu ruben, ramoth galaad in tribu gad, golan in basan in tribu manasse. Harum hinc usus erat. Siquis nolens hominem occidisset: fugiebat ad aliquam harum, et ibi a consanguineis occisi tutus erat. Si enim extra fines alicuius harum inuenisset eum, qui ultor sanguinis effusi esse debebat: impune percutiebat homicidam. Erat autem in ea fugitiuus usque ad reconciliationem cum propinquis, vel usque ad mortem summorum pontificis: in qua huiusmodi omnes fugitiui redibant securi ad portam. Tamen si propinquus occisus si volebat illum impetere quod volens occidisset: et coram ciuitatibus vrbis eius hoc probarent: tradebatur eis ad occidendum.

De precepto dilectionis.

Capitulum III.

Didit quoque

moyses Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota

anima tua et ex tota mente tua et ex tota fortitudine tua. Addidit quoque cum de manna iteraret. Non in solo pane viuunt homines: sed in omni sermone quod procedit

de ore dei. Panem uocauit hic omnem cibum hominum. Consueuit enim scriptura panem pro cibo ponere, et est sensus. Nolite mirari si cibum insolitum dicit vobis dominus: quod non

Alibi ponuntur, et precepta. Sed nota quod sub his duobus continentur illa. Horum enim primum complectitur tria, secundum continet septem.

in solis vilitate cibis vita hominis stabilita est apud deum. sed solo verbo potest creare noua ex quibus viuat homo. Addidit quoque inter beneficia quod per. xl. annos in deserto vestimenta eorum non defecerant vetustate, nec solutares attriti erant, et quod euaserant serpentes flatu videntes circumstantia. quod ob hoc forte supra dixit ignitos, et scorpiones, et displades, que latine situle dicuntur, quod perimunt hominem sitim, et adeo parue sunt: ut cum calcantur viderentur cuius venenum ante extinguit quod sentitur, nec tristitiam sentit moriturus. Dicit autem situla per contrarium, vas enim quod situla dicitur aufert sitim, hec affert, sicut pharetra que infert mortem, feretrum: quia fert vel aufert mortuum. Et etiam ostenderet que necessi